



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Dies.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

Ad nonum. Sufficit exponere remotionem gradum, Covar. loc.cit. §. 10. num. 12. Bulla Pij V. de hoc edita, & publicata Romæ anno 1566. die 20. Augusti, & Pii IV. Bul. 137. quæ incipit, *Sanctissimus.*

Hic est dubium primum, an dispensatio matrimonialis obtenta ab illo, quæ communiter reputabatur habere facultatem concedendi has dispensationes, ut annis elapsis Commissarius principalis fabricæ divi Petri fertur habuisse, qui tamen illam facultatem re vera non haberet, valeat? Respondetur affirmativè, Anch. cons. 409. Addit. ad decis. Rotæ. 2. de fil. presb. n. 2. in novis. ubi dicit sic fuisse decisum in quadam causa in facto, & licet aliquando Commissarij fabricæ sancti Petri de Urbe, & sancti Spiritus, habuerint hanc dispensandi facultatem, ut testatur Pius IV. Bulla sua 78. quæ incipit, *De commissa: ramen hanc revocavit idem summus Pontifex eadem Bulla, de qua hic agitur, & in hoc casu sanctissimus dominus noster Clemens VIII dignatus est argumentari mihi, dum examinabat coram sua Beatitudine die 10. Decembris.*

Secundum dubium, an liceat tempore feriarum ducere uxorem ad dominum virti; Respondetur affirmativè, Navar. c. 22. n. 71. Cajet. in sum. in verb. Nuptiæ, & in verbo Matrimonium. §. septimum caput, quicquid dicat Sylvest. loc. cit. modo hoc fiat sine solenni sacerdotali benedictione, & alijs solennitatibus, pro quo videri etiam potest Conc. provinc. Mediol. V. de sacramen. matrim. fol. 128. §. ne quis.

Tertium dubium, in dispensatione, vel rescripto tacetur veritas, ob quam causetur surreptio, etiamsi ignoranter causatur vitium, adeò quod non valet, Decius in c. constitutus, 2. notab. de rescr. Aymo Cravet. cons. 8. Rebuff. de different. inter rescr. grat. & iust. num. 2.

Quartum dubium, an in imprestatione dispensationis in gradu affinitatis, sit necessaria expressio impedimenti justitiae publicæ honestatis? Vide Boer. decis. 263 numero 38.

Quintum dubium, an sit necessarium denud matrimoniū contrahi ab his, inter quos nullum erat prius matrimoniū, ob aliquod impedimentum, mox exortum adveniente dispensatione? Vide Boer. ibidem, num. 26. & Navar. cap. 22. n. 70. notab. 4. ubi dicit ita declarasse Pium V. nempe, non esse necessarium, & hoc quando impedimentum esset occultum.

Sexto, dispensatio presumitur inter conjuges, qui in gradu prohibito contraxerunt, si per decem annos, & ultrâ in matrimonio vixerunt, & mortui sunt, imo temporis diuturnitas facit, quod proles illegitima, pro legitima habeatur, concurrente probabili ignorantia, Abbas in c. referente, notab. ult. qui filii sint legit. Caputaq. dec. 269. par. 1. & decis. 25. 2. par.

D I E S.

Primo, dies consideratur quoad indulgentias, quoad escam carnis, & quoad divina officia, & observationem festorum, vide Tiraq. de utroque retract. tit. 1. §. 1. gloss. 2. nn. 13. licet multa remissivè, & quoad indulgentias, alibi servatur de stylo, ut à primis vesperis usque ad

ad occasum Solis illius diei, quo concedatur, intelligatur data facultas lucrandi eas, vide *I.more Roman. ff. de feriis.* Quo verò ad judicia, & alia prædicta, vide *Host. in sum. tit. feriis. §. qualiter. n. 3.* gloss. in c. 1. de f. r. Et in c. alma mater. de *sent. excom. lib. 6. Abb. in c. 2. de feriis. Navar. de hor. Can. c. 3. num. 34.* Secundò, quando dicitur in indulgentiis, à primis vesperis, non intelliguntur luctari, nisi finius vesperis, quia excludit *Navar. tract. de Iubil. & indulg. in Bull. Greg. XIII. in ver. à primis vesperis, n. 26.* vide *inferius in verb. terminus.*

Secundò, dies, Consul, annus, & indecto, quando debeant ponni in instrumentis & in rescriptis, in legibus, & in statutis, in literis Papæ, & scripturis publicis, sive privatis, & in libro privatrum rationum, & an in his omnibus sint necessariò ponenda omnia prædicta, vel singula, vide *Iason. in l. si aliqua, de divers. scr. & Covar. var. resol. lib. 1. cap. 12.*

Tertiò, quando dies citationis non computetur in termino, vel inter dies dilationum, vide *inferius in ver. terminus.*

### DOCTRINA CHRISTIANA. SUMMARIUM.

- 1 *An sit necessaria ad salutem.*
- 2 *Qui ad eam docendam teneantur, & maximè Curati.*
- 3 *An Ordinarius posset compellere pueros ut eant ad eam discendam multeis & pœnis Ecclesiasticis.*

**A**D prium. Est adeò necessaria, quod sancti Patres libros de ea integratos componuerint, ut D. August. &

alij, & fac. Conc. Trid. *eff. 23. de refor. di-*  
*cit, loquens Sacerdotibus ut doceant populum ea, quæ sunt necessaria ad salutem, & ad minus tenentur sub reatu peccati mortalis scire explicitè de mysteriis fidei, & Christi D.N. præcipue ea, quæ communiter in Ecclesia solennizantur, prout articulus de Deo trino & uno, Incarnationis, Nativitatis, Passio- nis, Resurrectionis, & Ascensionis: nam omnes etiam justissimi hoc scire debent, ista saltem explicitè, cætera verò implicitè credendo omnia, quæ credit S. mater Ecclesia, D. Thom. 2. 2, *quaest. 2. art. 3. in corpore, Scotus 3. sent. d. 25. quest. 1. Joan. de Bassolis 3. sent. ead. dist. q. 1. art. 3. & fac. Conc. Trid. *eff. 23. s. 14. de reform.* & qui ignoraret ipsos articulos, vereor quod damnaretur, juxta illud D. Paul. i. *Cor. c. 14. Ignorans ignorabitur,* & illud *Matth. 25. Nescio vos,* & D. Thom. p. 2. q. 76. art. 1. per totum. *Syl- vest. in ver. fides. num. 6. §. 3. Asten. lib. 2. tit. 15. ar. 3. Navar. c. 11. numer. 18. ad quod animadverterat locorum Ordinarij, quia juxta illud, *Pasce oves meas,* scilicet scientia necessiorum ad salutem, pacere gregem suum tenetur. D. August. in c. nos autem, de consecr. dist. 2. imo qui hæc ignoraret, nec esset absolvendus, Isidor. lib. 1. cap. 13. de summo bono. Symanc. de Cath. instit. tit. 28. num. 8. *Na- var. de hor. Canon. c. 3. num. 2.* & dixi in *prælita mea pœn. cap. 22. q. 24. concl. 3.****

Ad secundum, quod Sacerdotes omnes, etiam simplices, bene verum est, quod tenentur ea scire ad hoc, ut cum Curati fuerint, & ad illud munus assumpti, possint illud exercere: sed non tenen-  
tibus